


BASILISCUS.

Figura 1.



Figura 2.



DE Basilisci etymo & virulentia in Discursu dictum aliquid fuit. Paucis hinc eum describere lubet. In illius autem descriptione authores non concordant: quo fit, ut etiam diversimode eum pingant.

Duas figuras videre licet apud Gesnerum lib. de Serpenti-
bus, quæ hinc expressæ. Paræus habet unam: nimirum secundam:
lib. de Venenis. Grevinus similiter unam: sed primam:
lib. i. de venen, c. 18 Plebeij ita delineant, ut caudam habe-
at instar serpentis: reliquum verò corpus, veluti gallus. Hinc
orta questio, an existat in rebus naturæ? Aristo-